





79. 1778,23.  
**RHAPSODIAE SVPPLEMENTA**

PRAESIDE

**D. CAROLO FERDINANDO  
HOMMELIO**

DOMINO HEREDITARIO IN ZWEYNAVNDORF, GROSCHEPÄ ET  
QVESIZ. ECCLESIAE CATHEDRALIS MERSEBURGENSIS CAPITV-  
LARI. SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI AVLICO IN REBUS  
IVSTITIAE CONSILIARIO ACTVALI. SVPREMAE IN PROVINCIA  
CVRIAIE ASSESSESSORE. DECRETALIVM PROFESSORE PUBLICO  
ORDINARIO. FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO ET DECANO  
PERPETVO. VNIVERSITATIS LIPSIENSIS DECEMVIRO. ACADE-  
MIAE SCIENTIARVM ELECTORALIS BAVARICAE PLVRIVMQVE  
HVIVSMODI SOCIETATVM COLLEGA  
HONORARIO

DIE XI. IUNII CLXIX CCLXXVIII.

IN AUDITORIO PETRINO

PRO OBTINENDA

**IN VTRIQUE IVRE DOCTORIS  
DIGNITATE**

DISPUTABIT

**FRIDERICVS AVGUSTVS KLINKHARDT**

MARTISBURGENSIS

I. V. BACCALAUREVS.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



ALERE ETI SUTA  
SACRA

DE CAROLINA  
DODDI

ET CETERIS  
SACRA



V I R O

ILLVSTRI, GENEROSISSIMO, EXCELLENTISSMO,

D O M I N O

IOANNI ERNESTO  
A GRIESHEIM

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE

CVBICVLARIO,

PROCERVUM EPISCOPATVS MERSEBURGENSIS

G V B E R N A T O R I

DYNASTAE IN NETZSCHKAV

PATRONO SVO MAXIMOPERE DEVENERANDO

S A C R U M.



VIR ILLVSTRIS,  
GENEROSISSIME, EXCELLENTISSIME,  
PATRONE  
OMNI, QVA DECET, OBSERVANTIA COLENDE!

**M**ultis verborum ambagibus, et diligentissime hanc meam  
TIBI excusarem audaciam dicanne, an pietatem?  
quod has NOMINI TVO pagellas consecrare non  
dubitau, nisi eam in TE cognossem liberalitatem,  
quae aditu TVO facile excluderet neminem. Quae quidem virtus  
animi TVI spem mihi fecit certissimam TE, VIRVM PRAE-  
STANTISSIMVM, hunc libellum, tanquam summae TVO-  
RVM meritorum admirationis meae interpretem, esse accepturum.  
Ventilato publice hoc libello, et edito qualicunque ingenii et doctrin-  
ae meae specimine, animi simul probi et honesti significationem da-  
re aliquam, mihi erat constitutum. Quod quidem certius et ve-  
rius fieri vix posse, existimau, quam si palam facerem, didicisse  
me summas TVAS intelligere virtutes et admirari. Ego qui-  
dem rationem TVAM in rebus agendis, tanquam exemplum per-  
fectissimum, mihi propono et intueor, vt, quod habet egregii et pru-  
dentis, coniunctum cum vita et opera forensi, ad id aspirare eni-  
tar. TE enim qui sibi sumserit imitandum, is ab omni cupi-  
ditate alienus, veritatem iustitiamque tuebitur ita, vt recte agen-  
do nec odia respiciat, nec amicitias aucepatur; ita inopum infer-  
vit saluti commodisque vt, sola misericordia ductus, non praec-  
misi sollicitatus, succurrat miseriae; ita se dabit industriae diligen-  
tiaeque, vt vitam inertem, mollem et delicatam habeat pro morte  
et

et molestia. Has tantas virtutes TVAS, quis non intelligat aut quis intelligens non admiretur, suspiciat, et amplectatur? Quis denique bonus non cupiat vehementer probari TALI VIRO, cui probari summa est laus, summum pietatis testimonium? Quod cum et ego ita cupiam, ut in auctoritate iudicij de me TVI magnum et famae et vitae praesidium repositum existimem, condonabis mihi, spero, hanc ambitionem meam, quae, cum diu circumspicerit occasionem fere in gratiam TVAM insinuandi, hac via rectissime id conseguiri posse sibi visa est.

Deum benignissimum rogo, obtestor, ut in salutem et dignitatem TE Statuum nostrorum conservet diutissime, inbeatque omni bonorum et felicitatis genere perfici. TOTAM GENEREM ILLVSTREM praesidio suo atque gratia complectatur, in primisque FILIOS TANTO PARENTE DIGNISSIMOS virratum et meritorumque PATERNORVM heredes propagatoresque praestet felicissimos.

Quod reliquum est, enixissime rogo, obtestor, ut TIBI me habeas commendatissimum.

VIR  
ILLVSTRIS, GENEROSISSIME, EXCELLENTISSIME!

## NOMINI TWO

Merseburgi  
a. d. XI. Junii  
MDCCCLXXVIII.

addictissimus  
FRIDERICVS AVGUSTVS KLINKHARDTVS.

## OBSERVATIO DCLXXII.

*Non semper criminalis causa est praejudicialis ciuii, sed interdum ciuilis prius finienda.*

*Furem quia appellaui Sempronium, actionem eo injuriarum instituente, si contra denunciem eumque mihi quid abstulisse ita probem, vt purgatorium ei dictetur, iniuriarum actio obdormit.*

*Si autem absolutus fuerit noch zur Zeit und in Mangel mehrern Verdachts deprecari et honoris declarationem ei praestare cogor, si vrgeat.*

*Multa tamen in his quaestionibus arbitrio iudicis relinquaenda.*

**E**st haec in omni iurisprudentia grauis et maxima incommoditas, vt quod forum in uno statuit, non idem statuat in altero. Vnde fieri aliter non non potest, quin si has diuersitates conciliare velis, haeras et impingas, vt cunque regulam scripseris. Sic veritatis exceptionem rarius professe iniurianti diximus in Obseruatione CCCLXXXVIII. quod utique verum est, vt tamen propositas in rubrica praefentis obseruationis exceptiones patiatur.

Nam quem furem appellaui, si furti conuincam, eius iniuriarum actio abdormit et suspenditur, vsque dum de



furto quaestio finita sit. Causa enim maioris momenti facit  
 praeiudicium minori L. 54. ff. de iudic. L. vlt. C. de ordin. iudic.  
 ibique BRVNNEMAN. Hoc intellige tamen de furto non-  
 dum punito. Nam si poenas iam luerit, non decet hoc furi  
 obiiere. Si autem nondum punitur furtum obiiicam, in-  
 primis, si ipse tale ab eo passus sim, habeo hoc conuicium quasi  
 doloris mei vltionem et furti perpepsi solatium. Sic fori tri-  
 tura iubet, ut iniuriarum actio ab eo, quem furem dixi,  
 3 instituta differatur usque ad finitam furti quaestione, furti, inquam, aut aliisque grauioris sceleris; nam in leuio-  
 ribus delictis aut excessibus obiectis, imprimis si non ipse  
 ego, sed alius iis laesus, exceptio veritatis vix a poena libe-  
 rabit. (*Obs. CCCLXXXVIII.*) Itaque si aduersus Sempron-  
 ium, quem faccularium nominaui, is iniuriarum agat,  
 egoque contra denunciem, atque ipsum mihi aliquid abstu-  
 lissem proferam, pronunciari solet: *Und ist die von Sempronien  
 angebrachte Rügen-Sache, so lange bis die Untersuchung des wider  
 ihn angezeigten Diebstahls beendigt, auszusetzen und ergehet dies-  
 falso, so dann erst, ferner was Recht ist, siue breuius: dass dieser  
 Rügen Sache so lange bis — Anstand zu geben.* Est enim  
 delictum grauius praeiudiciale, quod iniuriae quaestione  
 differt. Plane ut in L. 10. C. de iniur. imperatores praeci-  
 piunt: Si aiuam tuam infamandi causa seruam dixit Zeno-  
 dorus, iniuriarum statim conueniri potest. Sin autem perse-  
 veret i. e. exceptionem veritatis opponat, tunc demum, si non  
 esse serua pronunciatum, postulari conuenit. Si autem serua  
 4 esse aut, quem ego furem dixi, talis non esse, pronunciatum  
 fit vel absolute vel saltim his verbis: *Dass wider Sempronien des  
 gerügten Diebstahls halber noch zur Zeit und in Mangel mehreren  
 Verdachts weiter nichts vor zunehmen, sopia interim, si vrgeat  
 iniuriatus, resuscitanda erit actio iniuriarum.* (*Obs. anteced.  
 num. II. et 16.*)

Has

Has exceptiones quidem iam in dicta obseruatione 5  
 CCCLXXXVIII. indigitaui, sed non satis clare. Debebam  
 accuratius distinguere, an ipse injurians alterius furto, adul-  
 terio etc. an vero tertius laesus sit? deinde an delictum Sem-  
 pronio a me infamandi causa obiectum? leue an graue sit?  
 et tandem, quod maximum monere debebam, plurimum in  
 ea re arbitrio boni viri relinquenda esse, vt pro delictorum,  
 personarum, temporis et rerum circumstantium varietate, utilia  
 et inconuenientia ante oculos habeat et regulam factis attem-  
 peret. Haec omnia ex Obseruatione antecedente magis illu-  
 strari possunt, quae cum hac praesenti connexam causam habet.

### OBSERVATIO DCLXXIII.

*Ex quinque coheredibus domum communem ha-  
 bentibus unus suam quintam partem oppigno-  
 rauit; Creditore hypothecario subhaftationem  
 urgente, non potest quicquam amplius, quam  
 quinta pars, hastae subiici.*

**D**ixerit hic quidem creditor: a) emtorem quintae partis de-  
 futurum esse, adeoque nisi integra domus vendatur,  
 suum creditum periclitaturum esse, immo ei ob eandem cau-  
 sam b) ipse debitor assistet atque idem perorabit; dixerit  
 porro c) creditor: hypothecas esse individuas L. 16. L. 19. ff.  
 de pignor. adeoque cum totum fundum afficiant, cogendos  
 esse quatuor reliquos aedium condoninos, ne subhaftationem  
 impeditiant, adesse enim d) alienationem ob aes vrgens neces-  
 sariam, vt quilibet, cui ius in re sit, ad diuisionem (quae  
 non commodius, quam per subhaftationem fieri potest) iure  
 prouocet.

A 3

Sed

2 Sed respondebunt ad haec reliqui quatuor socii et pri-  
mum quidem ad a) et b) hoc praesciuisse vtroisque, et sic ab  
initio sibi melius prouidere debuisse, neque socios obligari  
suo damno creditor iacrum parare ad c) manere regulam:  
hypothecas esse individuas, viique saluam; nam et creditor ius  
esse in omnes intellectuales aedium partes pro sua quinta  
debitoris Rata, adeoque singulas tegulas sibi pro quinta par-  
te oppignoratas esse; Sed inde non id, quod creditor, sed  
quod socii cupiunt, consequi, nempe non integrum domum,  
sed tantum intellectualis eius quintam partem hastae subii-  
ciendam esse; ad d) respondebunt denique: nemini licere pro-  
vocare ad diuisionem, nisi condomino, qualis creditor hypo-  
thecarius non sit, quoniam inaequita deficiat.

3 Vincunt haec argumenta creditorem hypothecarium,  
qui nihil amplius, quam subhaftationem quintae partis postu-  
lare potest, quam e contrario reliqui quatuor socii impedi-  
nequeunt.

4 Cautela ergo pro creditore, ut ipse licetetur et hanc  
quintam partem redimat. Hoc facto reliquorum sit socius,  
ut nunc demum ei liceat iure condominii ad diuisionem totius  
prouocare, quod antea non licebat. Add. seq. Obseruat.

## OBSERVATIO DCLXXIV.

*Si quis in praedio sibi alimenta (einen Auszug,  
Altvaterrecht) referuauerit, deinde creditor  
subhaftationem vrgeat, praedium ita, ut em-  
tor futurus alimenta praestet, subhaftan-  
dum est.*

*Frustra ergo petit creditor, ut praedium sine  
hoc onere vendatur, certaque summa ex entio-  
nis*

*nis pretio separetur, atque ex illa alimentario quotannis satisfiat.*

**V**t in superiori obseruatione, ita etiam in hoc exemplo, i  
creditor obueret: si cum onere alimentationis prae-  
di m v endatur, id emtorem vix inuenturum esse, aut saltim  
viliissimo pretio venditum iri, atque sic suum creditum in pericu-  
lum adduci. Fateor quidem alimenta quotannis praestanda posse  
certam in summam redigi et v. c. viginti thaleris aestimari,  
quos quotannis alimentarius accipiat, sic, vt ex roto emtio-  
nis pretio 400. thaleri seponantur; attamen cum haec referuata  
alimenta (*der Auszug*) coorto Concursu inter onera collocen-  
tar, alimentarius potior est et prior hypothecario creditore,  
nec alimentario inuito ius quaesitum auferri, nec ei pecunia  
pro fructibus obrudi potest, vnde maiorem fauorem alimen-  
tarius, quam creditor, meretur, qui non plus juris petere  
potest, quam in fundo habet. Est autem creditoris ius insu-  
mias, quam alimentarii, vt modo diximus.

Addam verba sententiae hanc et proxime antecedentem **2**  
obseruationem egregie illustrantem, vbi facti species talis erat.  
Vendiderat quis viro et vxori aedes atque sibi alimenta reser-  
vauerat, venditorique insuper de pretio residuos 20. florenos ma-  
ritus debebat. Virgente alio, cui maritus suam dimidiā oppi-  
gnorauerat, creditore subhaftationem totius domus, contra  
subhaftationem interueniebat vxor, obuerens: marito debitori  
tantum dimidiā domum competere ac praeterea se ei 80. flo-  
renos intulisse; interueniebat deinde venditor sua alimenta vr-  
gens insuperque residuum pretium 20. florenorum, quos su-  
pra memorauimus. Ecce nunc sententiam: *Dass das von dem  
gemeinschaftlich Beklagten (marito) und Intervenientin (vxore)  
zuflehdenden Hause mehr nicht als die Helfte, jedoch dergestalt: dass  
der Ersteher auch den halben Theil des darauf haftenden Auszuges 3  
überneh-*



übernehme, gebührend zu subhaftiren, sowohl Mitinterventient (venditor) wegen des annoch rükständigen Kaufschillinges an 20 Gilden bey Auszahlung der Gelder in Obacht zu nehmen; Klägers (creditoris hypothecarii) sowohl Interventientin übriges Suchen aber hat nicht stat. RATIONES DECIDENDI: dieweil Interventientin (vxor) Inhalts des abschriftlich in den Aden befindlichen Kaufbriefes die Helfste des von Beklagten verpfändeten Hauses eigenthümlich zusteht, immassen solches Beklagten und ihr zugleich in Lehn und Würden gereichert worden, mithin ein mehrers nicht als nur Beklagtens halber Theil subhaftiret werden mag, indem Kläger auf die Theilung nicht provociren und zu diesem Ende auf Veräußerung des Ganzen um deswillen nicht dringen kan, weil er zwar ein dingliches Recht am Hause, aber noch kein Miteigenthum, welches erß durch die Lehnserichtung erlanget wird, davon überkommen. Dahingegen Interventientin dass sie Beklagten 80 Gulden Mitgift zugebracht habe, und diesfalls Klägern vorgehe, vergleichlich einwendet, sitemalen einem Eheweibe ihr Einbringen währender Ehe wieder zu fodern, keines Weges frey stehet, auch so gar nach seinem Tode dem Verkauf seiner Grundstüke anders nicht, als wenn sie auf Eröffnung des Concurses provociret, verhindern kan. Und weil endlich Kläger dass der bey dem Verkaufe von Mitinterventienten (venditore) sich bedunge ne Auszug dem Substantions Patente mit einverleibet, auch darnach die Würderung eingerichtet, also das Haus, so weit er daran ein dingliches Recht erlanget, mit dieser Beschwerde öffentlich feil gehobhen werden möge, auf dem 24sten Blatte sich erklärt, ein solches auch an und für sich selbsten Rechtens, es dabey sein Bewenden haben und dem Erfseher, dass er solchen Auszug Mitinterventienten zur Helfste reichen solle, gleich anfangs in Subhaftations Patente angedeutet werden muss, sowohl wenn wieder besagten Mitinterventientens, wegen der 20 Gulden rükständigen Kaufschilliges, gemachten Foderungen Beklagter nichts mit Grunde Rechtens zu errinnern haben sollte, derselbe auch diesfalls bey der Zahlung in Obacht zu nehmen etc.

OBSER-

= = = = =

## OBSERVATIO DCLXXVI.

9

*Quid inter Abolitionem et Aggratiationem interfit?*

*Famae restitutione non opus est in Abolitione nec in plenaria Aggratiatione; sed si poena tantum mitigata aut in multam conuersa (i. e. in minus plena Aggratiatione) opus ea est, si restitutus honores cupiat.*

*Si respondere ad articulos coepit accusatus, a muneribus et dignitatibus suspendi potest.*

*Confessus criminis opifex tam in abolitione, quam plenaria aggratiatione collegio restituendus.*

**A**bolitio non tam criminis est, quam accusationis sive In-  
quisionis. Nam crimen perpetratum aequè minus  
aboleri potest, quam factum infectum fieri. Dicitur autem  
**ABOLITIO** beneficium, quo princeps aliquem, non expectata  
facti confessione aut sententia condemnatoria, e numero reo-  
rum eximit et iudicium criminale sistit. SAM. STRYK *diff.*  
*de Abolitione Principis.* HEIL c. 6. §. 70. *in fin.*

Ex quo colligimus, Acta iudicialia super crimine *abolito* confessi, intuitu poenae publicae (nam quatenus Interesse priuatorum tangunt, iis quorum interest, Acta exhiberi debent WILDVOGEL. *Diff. de Abolit. Iure tertii circa eas* §. 36. BÖHMER ad Carpz. Pr. Crim. Q. 150. obs. 3. pag. 503. LEYSER Spec. 626. Med. 9.) pro non scriptis haberi.

B

Si



3 Si quis autem crimen iam confessus fuerit, multoque magis subsæcuta Condemnatoria, principe poenam tollere aut minuere volente, haec clementia dicitur *Restitutio*, barbare *AGGRATIATIO*, quo verbo vtamur, quoniam si pragmaticis scribimus barbare scribimus. (obf. CCCCLXV. n. 8.) Divido Aggratiationem in plenariam, quando omnis poena remittitur, et minus plenam, cum poena tantum mitigatur aut in multam conuertitur.

4 Sed reuertamur ad Abolitionem, quae commodissime per tale rescriptum fieri potest. *Von Gottes Gnaden etc.* Nachdem uns hinterbracht, daß bey euch wieder N. etwas gerüget worden, Wir aber, ehe ihr in der Sache weiter verfahren, von den Umständen dieser Beschuldigung Nachricht einzuziehen beschlossen; Als befehlen Wir hierdurch gnädigst: Uns wollet ihr die wieder N. ergangenen Acten so fort einfenden. Daran geschiehet unser Wille und Meynung. Iam si haec acta nunquam iudici remittantur, sed seponantur, vt moris est, *GERHARD de crim. abol. c. 3. §. 9.* aut ipsi (quod, sed in consulte satis, fieri solere refert *ENGAVIVS Elem. I. Crim. üb. 2. §. 362.*) accusato extradantur, eo ipso inquisitio sistitur.

5 Tutius tamen videtur Decretum Abolitionis solenne impetrare, quod etiam successor in principatu singularis seruare et ratum habere tenetur. (obf. CCXXXVII.)

6 Haec de Abolitione. Nunc etiam Aggratiationis formulam recentiorem ex actis iudicialibus exhibeo, in casu adulterii. *Von Gottes Gnaden etc.* Nach angehörtem Vortrage eueres, zu Folge Unfers jüngsthin an euch erlassenen Befehls, am 20sten abgewichenen Monathis unterthänigst erstatteten Berichts, ist hierdurch Unser Begehren, ihr wollet von N. statt der, wegen fleischlichen Vergehens mit Elisabethen, zu gewarten habenden Strafe, zweyzig Thaler Geld-Buse, binnen 14 Tagen, nach Empfang dieses behörig einbringen und nebst Läferschein an Unsern Hof und

und Iustitien-Canzelley Secretarium W. gegen dessen Quittung ein-  
senden. Möchtens euch, nebst Remission der Acten denen eine al-  
hier übergebene Vorstellung eingeleget ist, nicht bergen. Und ge-  
schieht daran Unsere Meynung.\*)


Si in tali aggratiatione honorum et famae nulla mentio  
facta sit, putabant quondam interpres, et inter eos HEINEC-  
CIVS Pand. lib. 48. tit. 23. restituto opus esse nouo priuilegio, si ad  
munera et dignitates adspirare, vel eas, quas iam habet, retinere  
cupiat. Nam reseruationem honorum et famae requirere  
dissertam et speciale mentionem, quia, si generatim dictum sit:  
restituimus, id tantum de poenae remissione intelligi debeat.  
arg. L. 2. C. de sentent. pass. Esse enim tale rescriptum stri-  
ctissime interpretationis. Ego vero ita distinguo, ut dicam:  
nulla famae restitutione opus esse, si totum crimen indulgeatur  
et poena plenarie remittatur L. 2. ff. de sent. pass. et rest. ibi:  
Dignitatem quidem recuperavit §. 1. Inst. quib. mod. patr. pot.  
salu. L. 1. C. de sent. pass. et restit. propterea quod infamia  
pars poena est et effectus criminis, cuius memoria per re-  
scriptum abolita. Nec obstat L. 2. C. de sentent. pass. Hic

## B 2

## locus

\* Placet vetustiora superioris seculi exemplaria huic recentiori iungere:  
*Von Gottes Gnaden Wilhelm Herzog zu Sachsen etc. Liebe, Gerrene! Was  
an uns Hans Razenberger, Stadtknecht zu Zehna, dahero, daß der ver-  
hafteten Margrethen Klettin, die zuerkannte Landes Verweisung in Gnaden  
erlassen werden, und er mir derselben sich verbeydrucken möchte, in Un-  
terthänigkeit gelangen lassen, das haben ihr aus dem Ifschlus mit mehren  
zu vernehmen. Dieweil denn ermelte Verbauste etc. Als begabtes teir vor  
uns und unsre freundlich liebe Brüder und Gewertern hiermit, Ihr wol-  
let sie nunmehr gegen einen gebürllichen Urphed, der gefänglichen Haft  
erlassen und, dem heiligen Ehestande zu Ehren, auf freyen Fuß stellen;  
an dem geschrieb *unsre Meynung etc.**

Ecce adhuc aliud vetustius exemplum in causa homicidii: *Von Got-  
tes Gnaden etc. ihau hiermit unsren lieben Gerreuen, Euch dem Rath zu  
N. kund: Nachdem uns W. unterthänig ersuchet und flehendlich geberben,  
daß wir ihne wegen seiner erfahnen und ausgewiesenen Kunft veniam  
poenae gnädig indulgiren und ertheilen wolten, und wir von euch so viel  
Bericht eingezogen, wie es gleichwohl mit ihm also beschaffen, daß er uns  
und*



locus enim solam recuperationem bonorum eximir, et tan-  
tum iutuitu horum specialem restitutionem requirit. Ratio  
huius singularis legis est in promtu: Fisci nempe voracitas.  
Si autem pars poenae tantum remissa fuerit aut in mulctam  
commutata, meo iudicio restitutione famae opus erit.

9 Ideoque inter plenariam et minus plenam restitutionem  
aliquid interest. Iam si in restitutione sive Aggratiatione *plena-*  
*ria*, vbi omnis poena remittitur, nulla famae restitutione  
opus est, multo magis Abolitio omnem omnino maculam  
absterger, nec honores adquirendos impediet, nec ab iis,  
quemquam remouebit. *Reichs Schluss wegen Abstellung der*  
*Handwerks Misbräuche. d. a. 1731. §. 13. num. 5.* LEYSER  
10 *Spec. 667. Med. 20.* adeo, vt qui delictum abolitum denun-  
ciando resuscitare aut restitu obiicere audeat, etiam iniuria-  
rum teneatur, WILDOVOGEL *disp. de Abolit.* §. 43. nisi animus  
iniurandi deficiat; v. c. pro defensione causae tuae testi contra  
te producto, labefactandae fidei causa, abolitionem impune  
obieceris.

In

und unsfern Landen mit deroßelben noch ferner guten Nutzen schaffen könn-  
ze, daß wir dannenberö, und zuual auch wegen erzlicher, bey seinem Ver-  
brechen aus den eingeschickten Inquisitions Acten befundenen Umständen  
diesem seinem Suchen gnädig defiriret und statt gegeben, ihun ibn auch  
biermit aus Landes Fürstlicher Authorität und Gewalt von der zuckhaften  
Leibesstrafe absoltirn, aggriarien, pardoiniren und loszellen, also daß  
über seinem Verbrechen von unsfern Fürstlichen Successoren oder jemand,  
weder sub accusationis seu quois alio praetextu ferner nicht inquiriret,  
nach ihm zugesetzet, sondern solches alles, wie es auch Namen haben  
möchte, rodt, ab, nichts, kraftlos und unbündig seyn soll, vor uns und er-  
begründende, ihr wollter ihm nunmehr gegen einen gebührlichen Urbed  
der gefänglichen Haſe erlaſen und an ihm die zu Rechte erkantze Strafe zu  
exequirien euch nicht anmaſen, jedoch mit diesen gnädigen Gefinnen, daß  
des Ersteilren Erben oder Anverwandte nicht allein darin willigen; sou-  
dern auch zuvor ihun, ihrer aufgewandte Unkosten, halber, von Sapplicanter  
eine füſame Genüge beschaffen möge, an deme geschicht unsre Mey-  
nung etc.

In restitutione, siue quae eadem est, Aggratiatione IV-  
LIVS CLARVS et cum eo caeteri requirunt confessionem ac-  
cusati puram, fortasse ideo, quod etiam in criminali causa  
confessum pro iudicato habuerunt. Puto autem summariam  
confessionem sufficere. Nam articulatam requirere, quod  
factum esse memini, nimis durum est et superfluum.  
Item existimo perinde esse, siue quis in actis judicialibus,  
siue in supplicibus ad principem litteris crimen fateatur.

Haec ita in Aggratiatione, qui vero etiam in Abolitio-  
ne confessionem criminis requirunt, mihi vtriusque naturam  
confundere videntur, nec ullam huius rei rationem perspi-  
cio, cum mihi plus esse videatur crimen liquidum et con-  
fessatum condonare, quam illiquidum.

Caeterum notat BERGER *Oec. Iur. lib. 1. tit. 1. §. 8. 13*  
regiminis collegium siue Cancellariam Dresdensem in aggra-  
tiationibus et abolitionibus nihil definire, sed, facta rela-  
tione ad intimum consilium, ab eo definitionem expectare,  
vt Cancellariae non plus in his causis, quam votum con-  
sultatiuum, Consilio intimo autem decisiuum competere  
videatur.

Restat celebris in foro quaestio: An opifex propter 14  
grauius delictum condemnatus, sed per Aggratiationem  
restitutus, recipiendus sit in collegium, aut ab exercitio  
magisterii arcendus. Si magistro opificii cuiusdam Inqui-  
sitione dictetur, non existimo collegium aberrare, si eum a con-  
ventibus, vsque dum suam innocentiam deduxerit, excludat,  
LYNKER. *Der. 712. GEORG. AD. STRVVE Decif. iur. Opif. Decif.*  
20. pag. 49. ANDR. BEIER *de C. O. c. 21. §. 3. num. 1684. p. 703.*  
Nec puto huic sententiae obstare verba Conclusi Imp. §. V.  
*Wenn sich es ja zutrige, dass ein Meister oder Geselle etwas un-*  
*redliches begangen zu haben bezüchtigt würde, so soll das Hand-*  
*werk solches bei der Obrigkeit anzeigen und deren Untersuchung,*



*Erkäntniß und Anspruch ruhig gewartet, dergestalt, daß bis zur rechtskräftigen Decision kein Meister und kein Gesell für gescholten, unredlich und Handwerks unfähig gehalten werde, sondern die übrigen Meister und Gesellen bey und neben ihm ohne zweigerlichst zu arbeiten schuldig seyn und bleiben sollen. Welcher Meister und Geselle hingegen sich selbst unterstünde einen Angeschuldigten in Treibung seines Handwerks hinderlich zu fallen etc.* Neque enim in hoc legis capite de conuocatione ad conuentus, sed exercitio opificii der Treibung seines Handwerkes, sermo est. Quemadmodum autem mercator, qui ad articulos respondere coepit, non cogitur tabernam claudere, sic etiam opificii magister Inquisitione notatus, artem iure suo exercebit, licet praetereatur, si caeteri sodales ad Quartale conuocentur. Attamen si Praesidi talis collegii sive Directori, germanice dem Obermeister, aut Aſſessori inquisitio ita, vt omnes pro auertenda ea defensiones frustaneae fuerint, (quod in Concluso imperii rechtskräftig dicitur) dictata fuerit, remoueri posse ab hac dignitate crediderim, quoniam tale praeſidium sive directorium honos est, a quo Inquisitione notati suspendoruntur. Obs. CCXI. s. v. Inquisitus MENKE π. lib. 3. tit. 1. §. 5. Non obſtante, vt primo intuitu videtur, Capitulo 26. X. de acqſ. vbi dicitur; negotio pendente, si in inquisitione Abbas haereat, monachos eidem abedire cogendos esse, quia hoc capitulum de leuiori excessu, adeoque non de ſpeciali ſed generali inquisitione, accipendum. Si vero Inquisitus ABOLITIONEM impetraverit, etiam confessione facta, recipiendum esse et restituendum in collegio, iam dictum et probatum a nobis ſupra, num. 9. Idem recipiendum esse et in collegium restituendum ſecuta PLENARIA Aggratione, itidem demonstrauimus num. 8, atque ita pronunciauit Facultas Lipsiensis Menſe Martio 1748. ad interrogacionem des

*des Fleischerhandwerks zu Leipzig.* Grauis quidem dubitatio ex allegato Concluso Imperii *J. XIII. n. 4 et 5.* exoriri poterat, et quidem *a sensu* eorum, quae ibi dicuntur, *contrario*, cum videatur legislator tantum innuere: licere collegis restitutum recipere, si velint, non ut cogantur. Sed haec ab armato oculo vix animaduertenda subtilitas tanti non valet, ut leges a nobis allegatas et rationem vincat.

Si vero criminis confessus aut coniunctus nullam ag-**15** gratiationem plenariam, (Nam hanc Abolitioni per omnia comparamus) nec in minus plena famae restitutionem impetraverit, recte excluditur a collegio, ubi tamen *FRIK in Grundzügen des Rechts d. Handwerk. J. 49.* hoc temperamento vtitur ut, auctore *STRVVIO*, defendat, taliter exclusum, quia ius ciuitatis haud amiserit, nihilominus posse iure ciuico priuatum opificium exercere, vtut conuentibus interesse prohibeatur.

Claudat agmen *LEYSERI* dictum plane ex animi mei **16** sententia, cum *Spec. 626. Med. 6.* optat, ut in delictis carnis, aliisque leuioribus, princeps saepius indulgeat et aboleat. *Solemnis*, inquit, *Inquisitio necessarium reipublicae malum est, quod magistratus quidem, scribasque eorum, et apparitores alii et saginat, sed miseros, qui in eam incident, honoribus, existimatione et bonis exuit ac, et si via saltim ad poenam, saepe tamen asperior, quam ipsa poena est et reos grauius afficit, quam ipsa condemnatio, ut jam conquestrus sum, Spec. 560. corol. 2.*

## OBSE-

## OBSERVATIO DCLXXVII.

*In penalibus ignorantia iuris peregrinis et aduenis ad mitigationem proficit, si iurent ignorasse. Immo interdum, etiam si non iurent.*

- 1 **A**d stipulor MENKENIO π. lib. 22. tit. 6. §. 2. qui auctori-  
tate rerum iudicatarum docet: peregrinis ignorantiam  
allegantibus permisum esse, se a suspicione scientiae iure iu-  
rando purgare. In primis leges, quae contra naturam  
scriptae sunt, impune ignorauerint exteri, utpote a quibus,  
in causa criminali sola iuris naturalis scientia exigitur, quorsum  
etiam refero duelli prohibitionem, quia in omni Europa nunc  
hoc quasi ius gentium factum, ne vltio ob iniurias priuatis  
permittatur (*Obj. DXXII. DCXXIII. CCCCXXXIX.*)
- 2 Licet enim peregrinantes subditri sint temporarii, tamen ne-  
mo dixerit, iis in itinere si transuehunt, libros legum edi-  
scendos esse, vnius fortassis horae in usum. Exuanus tan-  
dem barbariem omni Turcica immaniorem, nec occa-  
sionem ad puniendum rapiamus, quae daemonum vo-  
luntas. Certe omnium populorum iura nosse et ubi  
intraueris regionem, quid in hac deceat, aut quid turpe sit?  
in ipso limite scire, adeo difficile, vt non solum impossibili  
comparetur (*Obj. LX. CCCLXVI. DLV.*) verum etiam is,  
qui iuris singularis, quod a natura recedit, scientiam in ad-  
uena praesumat, aequitati et notitiis, quibus natura imputi-  
sumus, renunciass̄e videatur. BERGERI *Elett. I. Criminal.* pag. 3.  
GAIL lib. 2. *Obj. 48. n. 26. seq. LDOVICI Vſ. Pract. Distinct.*  
*iurid. Lib. 22. rit. 6. difſ. 2. LEYSER Spec. 289. Med. 6.*
- 4 Sic in incestu, quia eum natura ignorat (*Observat. XCIII.*  
*CCCXLIX.*) et Sodomia, quae peccatum est, non civile cri-  
men, ignorantiam iuris prodeſſe omnes, qui non plane insi-  
piunt

piunt iureconsulti ex L. 38. §. 2. et 4. ad L. Iul. de adulst.  
 euincunt. Vix enim plectendus qui fecit, quod probabilit  
 ter licere creditit, siquidem bona fides, etiam erronea et  
 fallax, a poena, inprimis dura et abnormi haud dubie liberat.  
*L. 7r. §. 8. ff. de adquir. hered.* Nam sine animo delinquendi, delictum non committitur, quod adeo clarum, apertum et plebi etiam infimae notum est, ut ne  
 mo id sibi probari petierit. Certe si omnes leges poe  
 nales odium habent, ut omnino habent, longe maius  
 odium merebitur mere ciuilis poena, cui natura haud af  
 sistit; siue statutorum et iuris singularis ignorantia nemini  
 sed iuris tantum vniuersalis ignorantia nocet, *WERNHER P. 5. Obs. 50.* multo minus ignorantia peregrinarum legum  
 nocebit, quas etiam iudex impune ignorat (*Obs.* ) Iuu  
 uat allegare *GROTIUS I. B. et P. Lib. 2. c. 20. §. 41. 42. 43.*  
 qui, postquam docuisset, aduenis tantum naturales leges  
 imputari, ne furem quidem laqueo suspendit, si ex prouincia  
 veniat, in qua furari non capitale est. Nam et si fur  
 tum naturaliter turpe sit, tam en qua poena sit plectendus?  
 natura constitutum non est, sed ciuili tantum lege. Idem  
 ille sapientissimus naturae interpres Grotius, qui in exteris  
 non nisi naturae prohibitions admittit, has insuper limita  
 tiones addit: ne mores ciuiles, quamvis inter multas gentes,  
 nec tamen in aduenae patria receptos, simpliciter et absolute  
 pro iure naturali recipiamus; deinde ne cum iure naturali  
 Mosaicas leges, immo nequidem eas, quae ex naturalibus  
 quidem principiis quodammodo deriuari possunt, nec ta  
 men continenter et proxime, sed demum longis et per  
 plexis conclusionibus ex iis eliciuntur, confundamus cum  
 conclusionibus ita manifestis, ut dubitationem non admit  
 tant. Sed quoniam forensi turbae scribimus, cui, quae in 5  
 tribunali gesta sunt aut geruntur magis, quam natura, aut

Grotii, Montesquii, Beccariae philosophia placet, ut potest non tam facile intrans in caput iudicium, quam res iudicata aut Facultatis iuridicae responsum, nos tale apponamus.

6 Hat Sempron, ein ausländischer Handlungsdienner, welcher in fremden Geschäften die Leipziger Messe allererst zweymal besucht, und nunmehr nach erlangten Bürgerrechten in einer außer Sachsen gelegenen Stadt bey einer daselbst bereits völlig eingerichteten Strumpffabrik mit deren Eigentümern in Gesellschaft zu treten vorhabens ist, während er lebt abgewichenen Leipziger Messe von seinem künstigen Handlungsgesellchafter, dass gewisse ansehnliche Bestellungen aus Mangel der erforderlichen Wirkerrüstung nicht gefördert werden könnten, die Nachricht, zugleich aber zu dem Einkaufe mehrerer solcher Stühle Auftrag erhalten, worauf als ihn jemand dieserhalb an einen Leipziger Strumpfwircker, Nähmens Dieze, gewiesen, und er letztern ersuehet, nach dergleichen Stühlen sich zu erkundigen, dieser aber, bey solcher Gelegenheit, sich über den geringen Verdienst und das er kaum den nothdürftigsten Unterhalt für sich und seine Familie alhier in Leipzig zu erwerben, im Stande sey, sich beklaget, Sempron gegen besagten Diezen: „Wie er, wenn er wolle, und ein guter Arbeiter sey, sein Brod bey ihm und seinem Handlungsgesellchafter auswärtig wohl bekommen könne, indem die Lebensmittel bey ihm wohlfeil wären, sich in guter Meynung herauszulassen.“ Jedoch zween Tage darauf als sein guter Freund, ein Rechtgelehrter, dass die Verleitung der Unterthanen in Sachsen scharf verboten sey, ihm eröffnet, selbigen fogleich, wie er solches gar nicht gewusst habe, und sich deshalb in keine Verlegenheit setzen wolle versichert, auch Diezen, wie er, da er seit der Zeit von dem Landesherrlichen Verbote Nachricht erhalten, nunmehr weder Stühle kaufen, noch einen Gesellen annehmen und überhaupt

haupt sich in gar nichts einlassen werde, zu erkennen gegeben,  
weshalb:

Ob Sempron als ein Uebertreter der Landes Gesetze  
anzusehen, und wider denselben mit der Inquisition  
zu verfahren, oder selbiger, wo nicht mit aller Be-  
strafung zu verschonen, dennoch nur mit einer leid-  
lichen Geld-Büse zu belegen sey?  
unser in denen Rechten gegründeter Unterricht begehret wird.

Ob nun wohl Sempronius Unternehmen an sich denen Landes **7**  
Gesetzen entgegen läuft, immassen solches bey fünfjähriger Festungs-  
bau- Zuchthaus- oder Gefängniß- Strafe verboten ist; Sempron-  
ius auch der Umstand, dass dessen Unternehmen nicht zu Stande  
gekommen, ingleichen das er, als ein Fremder, von dem obange-  
zogenen Landes Gesetze, seinem Anführen nach, keine Wissenschaft  
gehabt, um deswillen von einer harten Bestrafung nicht zu be-  
freien scheinet, da ja angezogenen Gesetze so gar auf den Fall,  
wann das Verbrechen ohne Wirkung geblieben, nichts desto weniger  
die gesuchte Verleitung eines unangestiegenen Unterthanen mit 3 jäh-  
riger Festungsbau- Zuchthaus- oder Gefängniß- Strafe belegt,  
auch mit solcher Strafe so wohl der Einheimische als der Fremde  
bedrohet wird; überdem, nach der Regel, Ausländer nicht weniger,  
als Einheimische, in denen auf Verbrechen bestimmten Strafen denen  
Gesetzen des Orts, wo die Handlung geschehen, unterworfen sind;

CARPZ. P. 4. Conſt. 19. Def. 19.

Dennnoch aber und dienveil gegen die Strenge der Landes **8**  
Gesetze Sempronius der Umstand, dass er als ein Ausländer, welcher  
erst zum zweytenmale die Leipziger Messe besucht, davon keine  
Wissenschaft gehabt, im Fall derselbe gegründet, allerdings zu  
statten kommt, immassen solcher die Absicht, das Gesetz zu übertre-  
ten, als welche zu dem eigentlichen Begriffe eines Verbrechens noth-  
wendig erfodert wird, auschliesst: Daher bewährte Rechtslehrer

C 2

nicht

nicht ohne hinlänglichen Grund behaupten, dass ein Ausländer, wenn er aus Unwissenheit wieder die Gesetze des Landes gehandelt, mit der darinnen verordneten Strafe zu verschonen sey,

GAIL Lib. 2. Obs. 48. n. 26. sqq. et 29.

BERGER Elect. Iurispr. Crim. cap. I. §. 2. no. 3.

LEYSER Spec. 289. Med. 6.

wohin auch die Römischen Gesetze

L. 3. §. 9. L. 14. §. 1. de re milit.

L. 3. §. 22. ad SCt. Silan.

L. 7. d. Iurisd.

einschlagen, und besonders neuere Rechtsgelehrten, welche nachdem man in jezigen Jahrhunderte, vieles in peinlichen Rechte verbessert und von der wiedernatürlichen Strenge der vorigen Zeiten abgewichen, ein gleiches behaupten

BOEHMER ad Carpz. Practic. rer. crim. quaest. 149.  
obs. 4.

9 daher denen Ausländern nachgelassen zu werden pflegt, wieder die Vermuthung, dass sie von dem Inhalte eines Straf Gesetzes und des darinnen enthaltenen Verbotes Wissenschaft gehabt, sich eydlich zu reinigen

MENCKE Pand. L. XXII. Tit. VI. §. 2.

welche Meinung auch auf offensbarer Billigkeit beruhet, indem ein Fremder, welcher sich nur kurze Zeit in einem Staate aufhält, und diese Zeit zu Besorgung häufiger Angelegenheiten zu verweilen den sich genöthigt sieht, allerdings eine starke Entschuldigung vor sich hat, und kaum möglich seyn wil, von der Vorschrift der Gesetze hinreichende Erkundigung einzuziehen: und wenn auch bey Uebertretung der natürlichen Gesetze niemand auf die Unwissenheit sich berufen darf; gleichwohl unter diese dijenigen Verordnungen, welche nicht unmittelbar aus dem Natur-Rechte fliessen, sondern erst durch eine Schlusfolge aus selbigen weit hergeleitet werden müssen, in Ansehung der Strafe keinesweges zu rechnen, sondern als willkürliche

liche Einrichtung' eines Staats, (deren aus Unwissenheit erfolgte Uebertretung daher dem Ausländer eher zu übersehen) mit Grunde anzunehmen sind, wann auch in mehreren Ländern dergleichen Gesetze eingeführet seyn solten; überdem, wann schon in gedachten Gesetzen sogar auf das bloße Unternehmen, welches nicht zu seiner Wirklichkeit gediehen, eine harte Strafe gesetzt ist, gleichwohl Sempron auch gegen diese der Umstand zu schützen unmögend, daß er an Vollendung seines Unternehmens nicht etwa durch andere behindert worden, sondern solches noch vor der gerichtlichen Untersuchung sogleich selbst freywillig aufgegeben, sobald er von dem vorhandenen Verbothe benachrichtigt worden: immassen bey verschiedenen Verbrechen, z. B. bey Dibstahl, sogar nach der Volbringung, bey denen übrigen hingegen wenigstens in dem Falle, wenn die Thathandlung noch nicht völlig zur Ausübung gekommen, die zeitig bewiesene Reue demjenigen, welcher die Rechte verletzt, zu Milderung der Strafe gereicht;

BOEHMER c. l.

IDEM ad Const. Carol. art. 178. §. 13.

LVDOVICI ET BASTINELLER de effectu poenit. in  
delict.

bey dieser der Sache Bewandtniß aber gegenwärtig eine dergleichen harte Ahndung, welche die special Inquisition voraus setzt, schwerlich stat findet, wenn auch vielleicht einige Rechtsgelehrten

arg. L. 68. in fin. D. de ritu nupt.

insonderheit diejenigen, welche aus einen zwar unbilligen doch aber von höherer Macht begünstigten Aberglauben dafür halten, der Richter dürfe bey einem harten und unbegesamen Strafgesetze, nicht so gar sehr abfallen, den Angeklagten völlig los zu zahlen, Bedenken tragen solten.

So möchte, daferne Sempron, daß er zu der Zeit, als er Diezen bey ihm in Arbeit zu treten angetragen, davon, daß solches in denen Churfälsischen Landen

=====

verboten sey, keine Wissenschaft gehabt, mittelst Eydes zu erhalten im Stande, derselbe mit der Inquisition wohl verschonet, und allenfalls nur mit einer geringen Strafe belegt werden.

- 12 Si lex, quam violauit aduena, paulo infrequentior, aut du-  
rior quam ratio exigit, anatura deuians, aut inopinabilis sit, tali  
iureiurando nequidem opus erit, sed mitius puniendum  
puto, quotiescumque probabilitas ignorantiae vel aliquantula  
elucescit. Quod autem mitius puniendum dixi, ex adulatio-  
ne scribo, philosophus enim ignorantiam huiusmodi legis iu-  
rulerando firmatam plenariae absolutioni locum facere, nullo  
modo dubitabit.

### OBSERVATIO DCLXXIX.

*Maritus processus sumtus vxori subministrare  
debet, nonsolum si cum tertio, verum etiam  
quando cum ipso litiget.*

**H**ic casus incidit praesertim in consistorio, si litem inter se  
coniuges matrimoniale gerant. Est enim mariti officium  
nonsolum alere vxorem, verum etiam defendere, ad  
quod subministratio sumtum omnino referenda. Vnde Ca-  
uria suprema Lipsiensis hoc ita statuit ac nouissime quidem  
1776. in causa Appolti contra vxorem, hisce ex rationibus:  
*Dass aber ein Ehemann sein angetrautes Weib nicht allein zu unter-  
halten und zu ernähren, sondern auch zu beschützen, folglich wenn  
sie in einem Rechts-Streit verfallen, ihr die Proces- Kosten, sogar  
in dem Falle wenn er mit ihr streitet, jedoch zuförderst aus ihren Vermö-  
gen von Terminen zu Terminen, sowohl den baaren Verlag als auch den  
übrigen Aufwand einstweilen vorschießen müsse, gehalten sey, um deswil-  
len nicht bezweifelt mag, da wenn die Appoltin solche aus dem von den  
geist-*

geistlichen Gerichte ihr wöchentlich ausgefetzten 2 Thalern Unterhalte befreien sollte, sie an ihre Allineneten Abbruch leiden würde; hiernächst die Billigkeit dieser Entscheidung nicht allein aus der 36sten Neuen Decision vom Jahre 1746. einiger Maassen erhellet, sondern auch ein solches in dem aus der Landes Regierung ergangenen gnädigsten Rescripte fol. 157. der Acten erster Instanz in denen Worten: „Hir wollet auch Appolten, dass er aus seiner Ehefrau Vermögen, die des Vorbeschieds halber aufgewante Kosten an dieselbe, nicht minder für sie 3 Thaler 16 Groschen Canzeley Gebühren bezahlen solle, bedeuten und dazu gebührend anhalten;“ selbst höchsten Ortes für bekant angenommen, und in so weit die streitige Frage in gewisser Maase albereits entschieden worden. Adde BOEHMERVM de de Action. sect. 2. c. 1. §. 42. lit. o. et dissidentem LEYSERVUM spec. 313. Med. 7.

## OBSERVATIO DCLXXX.

*Regula: Propriam turpitudinem alleganti hanc creditur vera in complice delicti, in caeteris, fallit.*

*Neminem cogi suam turpitudinem profiteri, verum est in testibus, si civiliter agatur, sed fallit in iurisurandi delatione, fallit etiam in testibus defensionalibus.*

*S*aepius in vno iuris articulo verissimam regulam, sed specificalem atque in singulari tantum materia validam peruerso modo a iuris consultis generaliter pronunciari atque sic, quod ex aliqua parte valet, perinde accipi, ac si simpliciter et omnino valeret, iam RAEWARDVS et IAC. GODOFREDVS in suis ad Regulas Iuris commentariis erudite docuerunt.  
(Obs.)

- 2 (*Obs. nostra DXI. et DCLIII.*) Sic hanc quoque, de qua agimus regulam: *Propriam turpitudinem profiteri neminem cogendum, nec, si quis profiteatur, ei credendum esse*, in iurisiurandi delatione officium suum perdere, superius (*Obs. CCLXII.*) demonstravimus. Vera illa solum in testibus regula, si ciuiliter agatur, qui, si turpe quid interrogatorum contineat, ut delictum aperire suum debeant, respondere non coguntur. (*Obs. seq. et CCXI. f. v. Turpitudo.*) Hinc interrogatorium: *Ob Zeuge sich öffentlicher Laſter, als Hurerey, Ehebruches, Verabsäumung der Predigten und dergleichen schuldig wisse?* reiiciendum esse, omnes consentiunt (*Obs. — —*). Item si delicti complex complicem inculpare audeat, ei non creditur (*Obs. DLXXXIII.*) Itaque tantum hae duae regulae valent in hisce duobus capitibus. In caeteris omnibus fallunt. Sic in Saxoniae consistoriis quotidie in diuoriorum causis videmus, iuriandum super adulterio deferri et iurandum esse (*Obs. DLXXXIII. et CCLXII.*) Multo magis si ciuiliter agatur, etiam super delictis commissis et super dolo iurisiurandi dilatio obtinet. *L. 52. §. 27. ff. de furt. L. 5. §. 8. L. 11. §. 1. de iuriur. L. 9. §. 2. ff. de iure iurand. Decif. Eleff. 17. STRY. VII. mod. tit. de iniur. §. 29.* Quae contra allegantur leges et iuris canonici capitula *L. 5. C. de condit. ob turp. cauf. L. 26. C. de transact. L. 4. C. de revoc. donat. L. 5. C. de seru. pignor. dat. cap. 8. X. de donat. verissima quidem, sed ex ratione longe alia; nec verba ibi obuenientia pro dispositiuis sed enunciatiuis habenda: Sic in ipso libello si quis se fundet in turpi facto, aut quod contra bonos mores est, v. c. mercalem se habuisse vxorem et ideo se lenocinii lurerum promissum petere, actio quideam non tenebit, non tamen propterea, quod petiori haud credatur, sed quoniam omnia pacta contra bonos mores, pro nullis habentur.*
- 4 Accusabatur maritus adulterii, nec ipse diffitebatur, sed, ut mitigationem poenae obtineret, vxori suae testimonium denun-

=====

denunciabat hac formula: *Wahr dass sie seit 6 Jahren ihm die eheliche Pflicht versagt.* Illa vero marito irata testimonium deprecari, quo se ipsa accusare cogeretur. Maritus vero instare et, vt innocens saluetur, nocentem viisque cogendum esse culpam confiteri. Nec hoc solum in iudicio sanguinis, sed omni poenali iudicio ita puto obtainere, ob reorum fauorem, qui summus est; Vnde pronunciaimus: *Dass bey 5 Thaler Strafe Diezens Eheweib das verlangte Zeugnis abzulegen und sich zu dem Ende verryden zu lassen, schuldig; und mag wieder sie, in Fall dieselbe sich dessen ferner verweigern sollte, mit erhöhten Straf Auflagen von Zeit zu Zeit wohl verfahren werden.* Neque enim licet testi, se ex odio subtrahere. cap. 9. X. de testib. cogend. vel non.

## OBSERVATIO DCLXXXI.

*De interrogatoriis ineptis mirabilia exempla.  
Quod interrogatorum ita comparatum est, vt,  
quicquid testis responderit, perinde habeatur,  
illud est fruolum.*

**V**erberrimam simplicitatis et imprudentiae segetem nostra <sup>1</sup> haec Observatio conspiciam dabit, in qua inepta Interrogatoria, quae aduocati (nempe faecem aduocatorum designo) aut ex superstitione, aut quia in Volkmanni Formulario talia inuenierunt, aut per incuriam formare solent. Huiusmodi exempla non alio ordine seruato, nisi quo mihi ex actis iudicialibus obuenerunt, adducam. Sic saepius videoas proponi: <sup>2</sup>

*Ob nicht Kläger Recht habe? Ob nicht Beklagter die libellirte Dienstbarkeit zu leiden schuldig?*  
Ineptum hoc et huic similia, quaecunque formantur, interrogatoria, in quibus non de facto, sed de iure, testis interrogatur.

D

Ne-



Neque enim testem decet iudicare, nec ingenio vti, sed sola memoria. Meminerit se non indicem, sed testem esse. Itaque ad quaestione: anne reus seruitutem pati teneatur? perinde erit, quicquid respondeat; nec enim attenditur. Ad hanc quaestione saepe in actis iudicibus vidi etiam illitteratos et ex infima plebe testes melius ac cautius, quam caufarum patronulus interrogauerat, respondisse: *Sie wären keine Rechtsgeschlehrten, und überliessen dieses dem Richter zur Entscheidung.* Quidam aduocatorum, credo ut miseram suam et poenitendam Latinitatem ostendant, etiam haec proponere: *Ob nicht Zeuge wisse, dass Kläger sich in in possessione vel quasi praescripta iuris pascendi befindet?* Talia mihi lectores non credent, sed qui in dicasteriis sedent, norunt verissima esse, et fere quotidie obuenire. Quae aduocato, huius interrogatorii architecto, Graeca, ea sunt profecto testibus haec Latina. Arrigunt aures, et respondent ut plurimum: *Ja:* Ipse credo aduocatus similiter se geret, si iudex ipsum graece interrogauerit. Ridenda haec, non refutanda.

Ecce aliud: *Ob Zeuge wisse was ein Eyd sey?*  
<sup>3</sup> Praepostera saltim videtur quaestio, cum demum proponatur iure iurando iam praefito. Fingamus testem hoc nescire, aut saltim non posse dialecticam in continent definitionem iuris iurandi recitare, (quam quaevis ille mirabilis, ipse aduocatus, inconsulto prius suo compendio vix recitauerit) anne ideo fallax testis, aut homo improbus? Reuiciatur tale interrogatorium, quo testis cogitur suam, quae putatur, turpitudinem commemorare et palam profiteri, se, quid iuramentum sit, nescire. Si respondeat fortasse (quod tamen nuspiciam in actis reperi) se iurandum, quale sit? ignorare, anne ei credamus? Scit haud dubie, sed negando significat, se quod sentit, non posse logicaliter pronunciare

Non


❧

Non nouum, sed vsu tritum et in omnibus propemodo  
dum rotulis obuium: *Ob nicht Zeuge den glücklichen  
Ausgang des Processes lieber Klägern, als Be-  
klagten gönne?* Quid tum? Nempe si testis probe co-  
gnitum habeat, petitorem esse honestissimum, eiusque causam  
haud iniquam, reum vero, a quo petitur, fraudibus et dolis  
innotuisse, et potissimum in hac, de qua litigatur, causa  
praedonem, alienis bonis inhiantem et omni Harpia rapacio-  
rem, nec fere quemquam ab eius cupiditate tutum esse, cur  
non respondeat, se reo palmam optare. Improbum esse opor-  
tebat testem et nefarium, si non optauerit. Dicat ergo inge-  
nue testis, quid opter, meo periculo,

Eiusdem farinae nunc prodit: *Ob Zeuge von seinen 5  
Eltern in der Jugend fleißig zur Schule gehal-  
ten worden und in selbiger die zehn Gebote Got-  
tes gelernet habe?* cui stupidiores quidam etiam alterum  
iungunt: *Zeuge solle das VIII. Gebot herbethen.*  
Quid si ab huius interrogatorii fabro testis exigeret, vt stante,  
quod aiunt, pede praeceptum IX. et X. memoriter recitaret?  
Quid si testis ex adiuvato aduersarii quaerat, an ei notum sit:  
non calumnianum, non tergiuersandum, non quod ipse pati  
nolit, in alium perpetrandum, non verba captanda, nemini  
nem terrendum, concutendum, aut propter lucelli spem iniu-  
stam causam suscipiendam esse? Coelum et terram, credo,  
commouerit, iniurias inferri atrocissimas claimauerit, et ta-  
men similia ipse a teste requirit. Non opus est plura afferre,  
cum iam supra *Obs. DLXXXII.* late et ex instituto de schola-  
stica instructione in rebus sua natura vnicuique cognitis et de  
decalogo sermonem fecerimus, et in *Obs. CCXI. s. v. Haereticus.*  
tale interrogatorium reiecerimus.

D 2

Aequo



6 Aequo ineptum est aliud haud raro obueniens interrogatorium: *Wie reich Zeuge sey?* Ad hoc respondebat quis satis acute: *Er, Zeuge, habe sein reichsches Einkommen, und glaube nicht, daß Producens, (am allerwenigsten aber dessen Sachwalter) sich in Punkte des Reichthums mit ihm werde messen wollen.* Non minus placebat in actis iudicibus alia a teste ad idem interrogatorium responsio: *Er habe sein Vermögen so genau nicht überschlagen, glaube aber, daß er zu einen Zeugen reich genug sey.* (vide Obs. CCXI. f. v. Inopes).

7 Aliud exemplum: *Ob Zeuge aus einem rechtmaßigen Ehehette entsprossen?* Nempe quoniam a magistro audiuerunt causidici, illegitimos liberos leuis notae macula laborare, hoc pulchrum interrogatorium eundunt. Siccine ex legitimo matrimonio natus, nunquam mentitur? Fac testem respondere: se spurium esse, anne ideo eius fides vacillabit? Ecce: quodcumque interrogatorium ita conceptum, vt quicquid testis responderit, perinde fit, illud omne tamquam ineptum reiicimus. Vnum noui inter testes, qui de legitimis natalibus et matris furtiis amoribus cum interrogaretur in iram conuersus ita excandescet, vt proterie responderet: *Es könne ein Thörlicher mehr fragen, als zehen Kluge zu beantworten im Stande.* Dolebam vices testis, cum deinde doctissimus ille aduocatus, qui ita interrogauerat, eum iniuriarum actione conueniret. Plus certe in teste, quam inepto illo causidico sapientiae inerat. Simile aliquando in actis legi, cum nobilis interrogaretur: *Ob Zeuge seine 16 Ahnen aufweisen könne?* et cum disceptaretur, an tale interrogatorium admitti debeat? Producens praefationem nouel'ae 90. et Legem 3. f. de testib. laudabat, quas leges etiam, vt suam stupidiatem regant, qui de diuiniis testem interrogant, allegare solent.

Execrationem dixerim, non interrogatorium, quod ad vocatorum quibusdam, vt se Christianos ostendant, pulcherum

8

num videtur: *Ob Zeuge gelernet habe, dass er ewig  
in der Hölle werde mit Feuer gequælet werden,  
wenn er falsch Zeugnis ablege?* Ignominiosum hoc  
 ac ne theologice quidem verum, cum resipiscientia futura et  
 contritio cordis medelam non denegent. Vnde huius inter-  
 rogatorii improbitas iam damnata a MEVIO P. 4. Decif. 270.  
 MARTINO Proc. Saxon. tit. 20. §. 2. num. 113. Quid si theolo-  
 giae aut iuris doctor, aut principis minister testis ab aduersario  
 productus ita interrogetur? Absit! inquiunt. Ergo ha-  
 bent viliores sua propria interrogatoria? Non putauerim.  
 Saltim hoc, de quo in praesenti agimus, dicitur *generale*. Quo-  
 nam quæsio gradu, quoto ordine viliores incipiunt? Quisnam ho-  
 noratorium gradus ultimus, quis vilium primus? Multa huic si-  
 milia vilioribus, ut loquuntur, testibus interrogatoria et locutio-  
 nes pedestres in viliores proposuisse recordor causidicos, quia vi-  
 libus ipsi parentibus, sine educatione, fungorum instar nati, quan-  
 do absque vlla humanitatis et philosophiae cognitione cruda sua  
 studia in forum propellunt et obiurgare aduersarios præcipuum  
 iuriisprudentiae vim et suae artis primarium caput existimant. Non  
 sufficit iis, vexasse aduersarium, latrant etiam in testes. Proba-  
 vimus autem in antecedente Observatione, testem non cogendu-  
 dum esse suam propriam turpitudinem profiteri. Nec enim  
 ad articulos et interrogatoria iniuriosa, aut diris imprecationi-  
 bus repleta respondere cogitur. Rec. Imper. d. a. 1654. §. 53.  
 ibi: *Es sollen aber keine Interrogatoria criminosa et quae tur-  
pitudinem respondentis continent, bey Strafe nach Ermüfung,  
gesetzet, weniger der Zeuge darüber examiniret und angefragt wer-  
den.* Sapiens index talia ex officio reiicit, sique nolit, cogi-  
 tur. WERNHER P. 6. Obs. 295. Immo si insultus homo talia  
 obtulit, illico puniri potest, MEV. P. 4. Decif. 270. HORN.  
 Claff. 12. Sent. 76. et iniuriarum a teste conueniri. Meminit  
 STRYKIVS cuiusdam Arcadii aduocati, qui praeter illud inter-



rogatorium etiam sequens rudebat: *Ob Zeuge nicht fürchte, dass ihn der Gott behüthe uns oder der böse Feind so gleich mit sich in die Lüfte führen werde, wenn er unpabsr rede?* Habemus nostris temporibus, quis credat? adhuc non adeo multum ab Arcadicō diuersos. Sed sua sorte contenti, pios se dicunt, nondum scilicet philosophia nostri temporis infectos. Iam mihi nemo Iuristas malos Christianos vocauerit, cum de virtute et religione, et salute aeterna tam belle garriant. Talem suam produnt pietatem etiam hac vtpurimum formula: *Zeuge sollte sagen, so gewiss er denke seelig zu werden, ob nicht — —?* Hoc interrogatorium præ caeteris ad paſatum, hoc sibi ipsi met plaudent, hoc pulchrum et ingeniosum putant, quia terrore agrestes animulas concutit, et pium aduocati corculum longe lateque, si modo sit qui mirari velit, conspicendum exponit.

9 Item valde iniquum puto et superioribus non minus ineptum, si non ipse ſolum testis de crimine a ſe commiſſo interrogetur, (*Obs. antecedens*) ſed etiam de caeteris testibus ita examinetur: *Ob nicht Zeuge wisse, dass sein Mitzeuge N. einen Ehebruch und schon vormals einen Meyneid begangen habe.* Non tenebitur testis ad haec respondere, quia ad alios, multo minus ad ſe ipsum deferendos et accusandos nemo compellitur. *L. vn. C. ut nemo iniuritus agere vel accusare tenentur.* (*Obs. CCLXXIX.*) Nemo etiam fur, nemo adulter, niſi condemnatus.

10 Sed quid iudiciabimur de hoc interrogatorio: *Ob Zeuge von Beweisführer Zeugnis abzulegen erſchuetzt worden?* Reuiciendum et ineptum hoc arbitratur  
MYN

MYNFINGER Cent. 4. obs. 3. quia nihil frequentius accidat,  
quam vt in ipso etiam actu v. c. si quis iniuria affectus, ro-  
gentur praefentes, vt in iudicio, quod nunc audiuerint vel  
viderint, ipsi attestentur. Vetus sane formula, vt tactis auri-  
culis Romani dicerent: *Licetne Antestari?* ac *Mementote quod*  
*michi hac in causa testes eritis.* Ex his appareret, testem alias fide  
dignum ob solam implorationem non suspectum fieri, leges  
autem quasdam, nempe can. 114. C. 1. qu. 1. et cap. 10. X. de aetat.  
*et qual. ord.* frustra allegari.

Eiusdem furfuris etiam sequens: *Ob Zeuge sich n  
selbst zum Zeugnisse anerboten?* Non solum enim  
nos iam olim (*Obs. CCXI. s. v. sponte.*) nuci cassae hoc interro-  
gatorium comparauimus, sed etiam collegium Iuridicum  
Lipsiense mense Junio 1775. Iustitiario Barathensi ita respon-  
dit: *Uebrigens wenn auch der andere und der dritte Beweis Zeuge,  
welche als Brandenburgische Unterthanen vor ihren eignen Richter  
hütten abgehört werden können, sich alhier freywillig gestellet,  
dieses doch ihrer Glaubwürdigkeit nichts benimt, weil die Rechte,  
dass ein Zeuge gleichsam gezwungen werden müsse, nirgend erfo-  
dern.* Adde Observationem CXCII. Quid enim, si videam  
innocentem premi, mihi autem de calunnia aduersarii con-  
confiter, omniaque melius et rectius cognita sint, nonne hu-  
manitas et recti amor a me hoc officium exigat, vt sponte me  
offeram, nonne succurrarum oppreso? Lubenter ergo OLDRA-  
DI et ALBERICI glossatorum sententiarium sequor, qui inuti-  
tile et superuacaneum existimant, si conquerores percontem-  
tur testes: spontene vel vocati ad dicendum testimonium ac-  
cesserint? quicquid ingenium LANGIAEI in *ociis smesribus*  
*lib. 3. c. 6.* magno eruditioonis apparatu contra disputeret.

Claudat agmen gratum et visitatum multis, sed et fru- 12  
straneum, adeoque ineptum interrogatorium: *Ob Zeuge  
fleißig*



fleisig zum heiligen Abendmahl gebe und wenn er zulezt an Tische des Herren erschienen?

Nonne vides, qui talia proponis, te hic quoque testem per calumniam et sub religionis velamine nimis astute et callide adigere, ut rem de se profiteatur in republica nostra turpem? Forte autem putas eos, qui sacram coenam frequenter sumunt, numquam fallere. Vtinam ita res haberet, sed vetus ex opposito proverbum insurgit: ab his sibi caendum esse, qui omnium sanctorum pedes exosculando delambiunt. Nigros hos vetustas putauit et foenus in cornu habere. Ergo futile hoc interrogatorium, contra quod se inprimis exasperat disputatio IOHANNIS SAM. STRYKII, quo, vt historia litteraria docet, post Brunnemannum non religiosior alius, in Disputatione de *Interrogatoriis inepitis*, ex qua scripsiuncula quaedam transcribere placet, cum nihil vnuquam verius dictum arbitrer. Valde hoc, inquit, interrogatorium superstitionis et a religione vera alienum. Supersticio quippe est, aliam ad vitam aeternam viam credere, quam per veram et seriam poenitentiam; illi ergo superstitionis, qui in usu Sacramentorum et cultu extero Christianismum ponunt. Illi omnes, crede mihi, mendaces et hypocritae. Mera est ostendatio, probitatis nihil. Speciem et laruum induunt pietatis, ut facinora et cor turpiter atrum abscondant. Fallunt tamen illi et decipiunt simplices, quales in urbe plerique. Sed et ineptitudo huius interrogatorii inde manifesta est, quia illud tantum personis vilioris conditionis, nunquam personis in magna dignitate coniunctis, imponitur. At vero diuites et dignissimi saepe sunt contemptores huius Sacramenti. Itane vero neglectus sacrae coenae attendi debet in vilioribus, non in dignioribus? Ipsi sacerdotes fatentur, non omnes, qui vntur, esse dignos continuales coelestis huius epulis, sed impios multos se ingerere. Id conspicitur, dum plerique post eius usum suis, ut antea, peccatis indulgent. Paganus quidam, videns sacramento hoc usos, ut cum Deo unirentur

et

et mox ad priora sclera reuerti, exclamauit: Vide Christianos  
 omnium hominum maxime inhospitales, apud quos ne Deus  
 quidem biduo comforari potest. Pertinet hoc aliud exemplum  
 ex Actis Iudicialibus ex Ducatu Megapolitano ad Facultatem Iuridi-  
 ciam Francofurensem transmissis, ubi femina de magia confessa edi-  
 xerat: se a diabolo ad usum sacrae coenae saepe instigatum esse his  
 verbis: Möhme! gah tum Aventmahl, t' is Thyt! Nempe diabo-  
 lus tollerare potest, ut sua amaria aut suis alumnis sacra coena vta-  
 tur, modo ipse ex corde hominis non iuiciatur, se hoc habitaculum  
 retineat. Habent plurimi de hoc Sacramento notionem cerebrinam,  
 vt recte dixxerit THEOPHILVS GROSBAYERVS theologus: Es ist  
 eine ganz grausame, euch Geistlichen ganz unverantwortliche Un-  
 weisheit unter uns eingerissen, dasj jedermann des Abendmals  
 Kern und Saft in der hochgelehrten Leuten Speculationen suchet;  
 wo bleibt aber das Thätige, die Absterbung der Welt und ihrer Lü-  
 ste, die briiderliche Liebe durch dies Sacrament bestätigt? Der  
 Gotlose, der blutdürftige Soldat, der geizige Geld-Sudler, der  
 wollüstige Bauchdiener, das hofärtige Weibs-Stücke, diese suchen  
 alle in äußerlichen Gebrauche des Abendmals ihre Seeligkeit. Ergo  
 ex frequenti sacrae coenae usu nihil minus probatur, quam integritas  
 boni viri. In primitiva ecclesia singulis diebus utebantur hac coena,  
 an ergo primi Christiani sine omni fraude? saltim piarum, vt vo-  
 cantur, fraudum, quas illi turpiter commisserunt, plena est historia  
 ecclesiastica et litteraria. Non ergo argumentum valet a parciore  
 usu ad malos mores; alias plerique ex ipsis ministris ecclesiae, qui  
 hodie non minus raro utuntur hoc Sacramento, pro impiis et suspe-  
 ctæ fidei habendi essent. Sunt quidam, qui non exiguo tempore  
 abstinuerunt, non ex contemptu Sacramenti, sed defectu atrae  
 vestis, aut etiam ex sensu indignitatis suae. Hos, quis sanæ  
 mentis dixerit contemtores? Vicissim plerique tanquam im-  
 mundi sues currunt saepissime ad Sacramentum, an ergo hi illis  
 praferendi?



13 Tandem ferenda non esse interrogatoria praestando a principali iuriūrando contraria, obiter hic annoto, cum id pluribus demonstret (*Observatio CCCCIV.*)

14 Vnum restat saepius obueniens: *Ob nicht Zeuge glaube dass* — Id quoque ineptum, quia testis de credulitate deponens nec audiri debet, nec probat. Nam si testis nihil aiat amplius, quam se credere, nihil agit; nisi simul rationem, quare vel credit vel non credit, eiusmodi suggesterit, vt ex ea factum aliquid vel non factum fuisse, appareat.

## OBSERVATIO DLXXXII

*Societate tali, quae non nisi consentiente principe consisset (Ostroy) inita, ni tempestiuē vnuſ ſocius caeteris ſe ex communione diſceſurum eſſe denunciauerit, ſed clandestine ſibi ſoli in futurum tempus priuilegium adquifuerit, damna inde collegis exorta refarcire tenetur.*

**B**erolini quidam priuilegium impetraverant, vt per tres annos in hac vrbe ſoli lignum venderent. Prope finem huius triennii vnuſ eorum principem adit, et ſibi ſoli impetrat priuilegium. Reliqui ſocii autem, ſpe continuationis, cum magnam copiam lignorum comparaſſent, quam nunc vendere non poterant, adeoque immane damnum contraxiſſent, actione doli instituta reparationem damni perunt. Condemnatur reus reſeruata hac praefcripta exceptionis probatione: *Er könnte und wollte denn sein Vorgehen: dass er seine vorigen Genoffen in Zeiten und damit ſie ihre Maaregeln darnach nehmen könnten, wasmacſen eine neue Ostroy einzugehen nöthig ſey, benachrichtiget, und ihnen, ob ſie daran Theil nehmen wolten, freygeſtelleſſet; auch dass er mit Vorſäze, um ſie*

se von der neuen OÖtroy auszuschließen, hierinnen nicht überreitet, endlich daß er in der Absicht Klägere von der Theilnehmung dieser Neuen zu entfernen, auszuschließen, ihnen gefährlicher Weise, sie sollten ja stille seyn und sich beruhigen, keinerweges angerathen, sondern ehrlich und aufrichtig mit ihnen umgegangen sey, erwiesen; Dessen genöss er billig und ergehet sodann ferner was Recht iß.

Rarum exemplum, vt Commissio Porussica, Berolini constituta acta ad Facultatem Lipsensem transmitteret, quae Facultas in hac causa Dubitandi et Decidendi rationes sententiae sequentes adiecit.

Obwohl Beklegter Ausfluchtweise vorschützt, daß nachdem ihm vom Könige eine neue OÖtroy bewilligt worden, und die Zeit, auf welche er mit denen Klägern in Gesellschaft getreten, abgelaufen sey, es ihrer Klage an einem tüchtigen Grunde ermangle, weil er bey dem ersten mit ihnen errichteten Contraste, sie auch in diese neue OÖtroy aufzunehmen, sich nirgend anheischig gemacht, also auf ihrer Seite kein Besugniß sich ihm aufzudringen und bey der Gemeinschaft zu beharren, erhelle, sitemalen mit Beendigung der Jahre auf welche die erste Majkopey eingegangen worden, auch die Pflicht, womit er ihnen vormals verwand gewesen, aufgehört und erloschen.

#### L. 65. §. 5. D. pro socio.

Allermassen die Verbindlichkeit aus einem Contraste sich überidessem Dauer nicht erstrecke, weil nach beendigter Societät Actio pro Socio weiter nicht, sondern nur Communi diuidendo, angestellt werden möge.

#### L. 61. D. comm. diuid.

Auch bey dem Landesherrn eine Gnade für sich allein auszubitten, kein Verbrechen zu nennen sey.

Dennoch aber und diesweil was an und für sich kein Verbrechen, doch gar wohl in Rücksicht anderer, mit welchen man sich verbunden, unrecht seyn kan, und Klägere in ihrer Klage nicht die Aufnahme in die neuerlich von ihm allergnädigst erhaltene OÖtroy, sondern Erfaz des Schadens verlangen, daß er ohne ihnen von seinem Vorsatz Nachricht zu geben, einseitig hingegangen und ein ausschließendes Privilegium für sich allein gesuchet, ihnen aber, als wenn er nur um Verlängerung der zeithirigen OÖtroy anfuchen wolle,

—————

wolle, wozu sie ihm auch ausdrücklichen Auftrag ertheilet, fälschlich vorgespiegelt und sie dadurch zu Ankauf einer sehr beträchtlichen Meng' Brennholzes, so sie nunmehr nicht anders, als an ihn mit Schaden verkaufen können, verleitet, wannenhero in nuzbarer Auswendung des Aquilischen Gesetzes, welches auch das allermindste Versehen für hinlänglich hält, Klage oder vielmehr Actionem doli angestellt, wie denn mit des andern Schaden sich zu bereichern, so gar die natürlichen Rechte verbieten, besonders aber nach Natur und Eigenschaft einer Societät die Mitgenossen einander als Brüder behandeln sollen,

Heinecc. Pandect. Lib. 17. tit. 2. §. 240.

5 und wenn sie einander vintergehen oder dieses bevortheilen, höher, als in andern Contratzen gehandet wird,

L. I. L. 6. de his qui not. infam. §. 2. Instit de poen. temer. litig.

dennach einseitige Vortheile zu suchen, einen Theilhaber nicht erlaubet, wohl aber derselbe St'aden, Gefahr und Einbuße von der Gemeinheit, sowohl als einzeln Mitgenossen, so viel als möglich abzuwenden verbunden, immassen die vorhin gedachte, bey diesem Freundschafts Contratze allenthalben obwaltende, Treue erfodert, daß Handelsgenossen das gemeine Beste befördern; Beklagter aber, durch Erschleichung einer neuen Oötry für sich, zwar sein eignes, nicht aber der Gemeinheit Wohlforth vor Augen gehabt, übrigens nicht zu zweifeln, daß dieser consensual Contratze nicht allein ausdrücklich in Worten, sondern auch durch Nachsicht, Genehmigung und Thaten stilschweigend verlängert werden könne, wenn auch gleich in der darüber errichteten Urkunde die zeitherige Gesellschaft auf eine gewisse Zeit eingeschränkt; und wenn schon Beklagter in dem Anfangs mit Klägern errichteten Contratze, daß er diese seine jezige Gegnere in allen künftigen des Brennholzes halber zu errichtende Gesellschaften aufnehmen wolle, nicht zugeget, er gleichwohl mit Klägern treulich umzugehen sich stilschweigend verpflichtet, auch damahls als Beklagter den König um eine neue Oötry für sich angegangen, die vorige Gesellschaft noch dawrete, solchemach die Klage als unschlüssig keineswegs zu verwerten. So ist etc.

—————



TAZOL

V<sub>1</sub>  
18



B.I.G.

Black

3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

1778,23.  
79.  
**RHAPSODIAE SVPPLEMENTA**

PRAESIDE

**D. CAROLO FERDINANDO  
HOMMELIO**

DOMINO HEREDITARIO IN ZWEYNAVNDORF, GROSCHEP A ET  
QVESIZ. ECCLESIAE CATHEDRALIS MERSEBURGENSIS CAPITV-  
LARI. SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI AVICO IN REBUS  
IVSTITIAE CONSILIARIO ACTVALI. SVPREMAE IN PROVINCIA  
CVRIAIE ASSESSESSORE. DECRETALIVM PROFESSORE PVBLICO  
ORDINARIO. FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO ET DECANO  
PERPETVO. VNUERSITATIS LIPSIENSIS DECEMVRO. ACADE-  
MIAE SCIENTIARVM ELECTORALIS BAVARICAE PLVRIVMQVE  
HVIVSMODI SOCIETATVM COLLEGA  
HONORARIO

DIE XI. IUNII CLXIX CCLXXVIII.

IN AVDITORIO PETRINO

PRO OBTINENDA

**IN VTROQVE IVRE DOCTORIS  
DIGNITATE**

DISPVTABIT

**FRIDERICVS AVGVSTVS KLINKHARDT**

MARTISBURGENSIS  
I. V. BACCALAVREVS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

